

DIUINA ADFULGENTIS GRATIA!
DISSERTATIO GRADUALIS;

De

VRBE VLOA,

Cujus

PARTEM POSTERIOREM,

EX INDULTU

*Amplissimi Senatus Philosophici in Regio & illustri, ad
AURAM, Athenaeo,*

PRÆSIDE

HENRICO HASSEL,

Eloquent: PROFESSORE Reg. & Ord.

*In publico Eruditorum consessu, bonis placidè examinandam
modestè exhibet*

JOHANNES JOH. SNELLMANN,

Superior Collega Schola Triv. Vloënsis,

IN AUDITORIO MAXIMO, ad diem XXII. Octo-
bris, ANNO reparatae salutis MDCCXXXVII.

Horis, ante meridiem, consuetis.

ABQÆ, per JOH. KIEMPE, Reg. Acad. Typogr.



Kongl. Majts

FRD. MAN

Och

ÖFRERRE LIEUTENANT

Wid Öster-Botns Infanterie Regemente /

Wälborne

Herr JOACHIM

GEORG

von GANSCHAV,

Hög, Gunstige HERRE.

Shatwärdertlige MAN, hela Landets prydnad och heder,
Som på åhrans *Tron* blir satt, med Namn uti Zeder:
Låt **EM** zirliga glants min skrift öfwer **WA** bestråla,
Låt mina ringaste blad af **ESSE** Namn lysa och präla:

1
Ei

Ei äro the för **EG**, jag tilstår, wärdige wifas,
 Hwilla för ingen ting, utan upsätet endaste prisas;
 Låt dock ämnets wiat mig wägen lyckliga bana,
 Låt nu **EG** **WEL** Namn til ynnest täckliga mana.
 Om **EG** **N** Dater i fält wet **SWZEHOD** losliga dömma,
 Och **EG** dräpliga wett lærer efter werlden ett glömma.
 Dock hos mig at skildra Them af wäl krafter är' inga,
 Och thet at biuda til, woro giöra the maktlösa ringa.
 Hwad mera tå kan jag? än suckar at högdene sända
 För **EG** wälgångs flor, och at Himlen täckes afwända
 All morgång och puss från then Adla *Familien* hela,
 Och mer godt, än jag nu nämner närmare dela.
 Sent then dag upriane, tå wi **EG** sidst skola mista,
 Och then siund **EG** Manliga drift skal i Landena brista:
EG lede Himla *Monarchen* i hand, tils lifwet är ute,
 Sidst bland Helgona tal **EG** i ewiga frögdena flute!

Wälborne Herr Öfwerste Lieutenants

Ödmjukaste tienare

JOHAN JOH. SNELLMANN.

Kyrkoherden wid Siå församling/
Wäl = Årenyrdige och Höglärde
Herr Mag. GUSTAF FABRICIUS ;

Rådmanen i Uleå/
Åreborne och Högwälachtade
Herr MATTHIAS DAN. BLOHM ;

Handelsmannen i Åbo Stapelstad/
Åreborne och Högwälachtade
Herr HENRIC RUNGEEN ,

Samtelige mine

ME gunst och ynnest glömma bort / i nestligt mödcker
säncka /
Dch aldels slå ur hogen sin / hwad godt man
nutit har :
At ens på sin Wälghynnare med tacksamt sinn' ej täncka :
Et prof af oförstånd thet år / har warit alla da'r :
Ty jorden bår ej dreggar' last bland them som bli upför
da /
Och then / som otacksammer är / sin skuld ej wil af-
böra

Mig

Grono Befalnings-Mannen/
Högachtade och Wälbetrodde
Herr SIMON RUUTH,

Rådmanen i Uleå /
Ureborne och Högwälachtade
Herr BARTHOLD FRESE,

Handelsmanen i Uleå/
Ureborne och Högwälachtade
Herr CARL FAGERHOLM,

Gunstige Wälgyunnare.

Mig will thet aldels ej stå an helt stilla tigand' blifwa/
I tyshet gå then gunst förbi / I mig beständigt
wist

Min Gynnare / så jag ett prof wil åter nu framgifs-
wa /

Såst jag wäl wet thet magert är / och har på såst
all hrist:

Ta / såst ån toleken ej sin ord nog wärdigt kan utföra/
Eå lären dock thes mening ged ER gunst = benågit
råra.

Ta'n

Za'n gunstigt an med ynnest thet / hwad jag ER kan
 föråra /
 Fast gåstwan fulla qvintia ej mot ER förtienst går
 opp /
 Mig har Fru Pallas större del ej welat til beståra /
 Fast mer ER gie och ågna til / har warit ståds mitt
 hopp :
 Dock wet jag alle samtlig' J år' W A goda Wänner/
 Förskuten ej / hwad til thes lof / jag kortlig' skrifwer /
 nämner.

ER Himlen hagne / skydde så / at lyckan blir ER följ-
 je /
 At nöje / walgång framgent ta hos ER sit hemwist /
 bo :
 All olycks moln the swinne bort / beståndigt sig förddölje /
 ER lefnad blifwe idel lust / förndlighet och ro :
 När lefnads qwällen nalkas an / när glaset månd urröna /
 Jag dnskar bland Guds Helgons tal man ER må rak-
 na finna !

Mine Gunstige Wälgynnares

Hörsamste tienare,

JOHAN JOH. SNELLMANN.

Clarissimo Philosophiæ

CANDIDATO

DN: JOHANNI SNELLMANN,

Collegæ Superiori Scholæ Trivialis Vloënsis Dexter-
rimo, Amico suo integerrimo, Eruditam suam de
VLOA, Civitate in Ostro-Botnia percelebri, DISSER-
TATIONEM GRADUALEM edituro,
Hoc quidquid est carminis

Pulchra dum Pindî pulchro conamine scandis,
SNELLMANN, Pimptæ cultorque comesque cohortis:
Turba Nouena TIBI flores & laurea serua
Imponenda TUO capiti legit, atque corollas
Nescit, queis olim Phœbus TUA tempora cinget:
Patria TE laudat, cuncti tetantur amici,
Atque lares VLOAE satiunt monumentaque dura,
Complaudensque hilari vultu mea Musa calescit.
Gratulor ingenii dotes, moresque decentes,
Gratulor egregios ausus seriemque laborum.
Det TIBI det NUMEN semper cœleste vigorem
Corporis & mentis, valeas ut pabula sacra
Doctrina sana nostra præbere iuuenta,
Ac teneros saturare animos, infundere mores
Christigenis dignos. Sic TE Clementia seruet
Numinis incolumem per tempora longa! valetō!

Festino calamo adjicere & voluit
& debuit

ZACHARIAS M. DASHL.

Superior Collegæ Sch. Tr. Wasensis.

SYNOPSIS partis posterioris:

- §. I. *Oeconomiam Vloënsium, nec non prerogativas, quibus urbs nostra gaudet, perstringit.*
- §. II. *Commercia antiqua & hodierna recenset.*
- §. III. *Portus commoditatem considerat.*
- §. IV. *Ædes privatorum exponit.*
- §. V. *Disciplinam, virtutes, moresque incolarum breviter enarrat.*
- §. VI. *Aëris temperiem commensurat.*
- §. VII. *Fata duriora indagat, & dissertationi colophonem addit.*



IN NOMINE JESU!

SECTIO POSTERIOR

De

VRBE VLOA.

S. I.

Postquam ante aliquod tempus chorographiam VLOÆ nostræ, ea, quæ fieri potuit, diligentia, publicæ exposuimus luci, ad posteriorem dissertationis sectionem, utinam omine fausto! properamus, consideraturi *Oeconomiam* nostratium, quæ variis sustentatur adminiculis, utpote *agricultura*, *piscatura*, *pascuis*, rerumque fabrica varia. Et licet solum pluribus in locis sit sabulosum, quod communiter parum fertile haberi solet, incolæ tamen optimam sæpe faciunt messem; quippe quum assiduum laborem agris stercoreandis, colendis, atque contra quascunque injurias muniendis impendant; unde hordei ac siliginis adeo feraces sunt, ut, nisi gravior quædam incidat calamitas, tantum in istis frumenti nascatur, quantum habitatori-

A

bus

bus sustentandis satis est. Quamvis vero semen heic ferius terræ mandatur, videlicet interdum in medio, raro initio Maji, in fine tamen mensis Julii vel initio Augusti adest messis. Hanc vero celeratam adeo maturitatem ex intensiore æstivi solis calore præsertim provenire indubium est. Negari tamen non potest, magnum segeti nonnunquam periculum a frigore imminere, dum circa maturitatem ipsius, aut eo tempore quo speranda est, cadit pruina. Vloenses greges pascunt in saltibus, herbis floribusque lætissimis ac densarum arborum frondibus umbrosis, vbi pecora floribus optimis satiata requiem inveniunt commodissimam altarum sub arborum umbra, quo fit, ut lac in abundantia suppetat. Conficitur hic *butyrum*, quod maximas quoque nostris delicias præbet, neque tantum adservatur in usum indigenarum, sed etiam cum Stockholmensibus, qui avidè illud expetunt, communicatur. Premitur quoque optimæ notæ ac jucundissimi saporis *caseus*, & si Olao Magno (a) fides habenda, cum celebratissimis Parmensibus certaturus. Quod ad piscium capturam adtinet, in fluvio nostro, *Vleå forß* dicto, plures non capiuntur salmones (b), quam qui inter capiendum ab incolis consu-

(a) Cap. VIII.

(b) Quoniam nobis sermo est de salmonibus, memorabile quoddam hac occasione referam LECTORI curioso. A:º MDCL. cum Consul civitatis Vloensis, Andr. Jöranffonius Lytraus, Holmia domum iter suum faceret maritimum, & jam pontum Gevalensem dictum vento transiret secundo, contigit us nauris prandio refectis, servulus escaria vasa eluens, una cum lotura, domini sui cochlear argenteum incogitante in mare

sumuntur. Percarum tam majorum, quam minorum, Lucio-

effunderet, quod vir domo discedens ab uxore sua agre imperaverat, ut secum deferret. Constitutebasur peccatum stens puer, cujus erant testes, qui resplendens in aquis argentum cum subsideret, spectaverant. Commotus primum gubernator, tandem sic hac jactura nostra sola inquit, cerse lucrifaciam hac vice honorarium pretium, quod alias merito deberem indicio ac delatori fugitivi mei cochlearis; nam Acheton oceani accepta semel, luci non restituet. Ventis interim faventibus perniciousiter, diebus tantum tribus ex eo, urbem Vloam nostri delati fuere. Sed ecce qua interea ibidem contigere! Habet hic Magistratus sua retia salmonaria, qua offerre quotannis licitatoribus solent, unde, ut e reliquis, quotidie salmones capiuntur. Hinc salmonem majorem recens extractum uxori Consulibus deferebant, quem & illa statim dissectum, concoqui curavit. Sed qua conservatione animi in interaneis illa cochlear deprehendebat aspectumque agnoscebat, quod tradiderat abeunti marito, dici non potest. Illa certe in omen accipiebat naufragio peremti mariti undisque sepulti; nec aliter divinabant familiarium reliqui: quibus & illud videbatur insolens, modicum, quod est salmoni, gula orificium capere cochlear inflexibile magnamque satis potuisse. Concisus jam per nycthemerum servabatur piscis, cum adventare consulem jamque receptans portu navim nunciatur. Cui primum id portentosum visum fuit, usurpare oculis manumque tractare cochlear, quod ultra centum & decem ab Vloa milliaria Svedica in vasto mari perdiderat. Tum intueri piscem qui duarum dierum brevi spatio tantum iter fuerat emensus, ut pradam domina restitueret ereptam marito. An & referam qua de eodem hoc cochleari praeger hac, acceperim? Amissum id denuo fuit, sumero immissumo

ciorum (e), erytrophthalmorum (Sidar), mustelarum fluviatilium (Lakar) (a), rutilorum (Möret), spirinchorum (Norß) (e), copiam, & sagena & reti capiunt. Pisces

ut postea constitit, & unacum eo in vicinam agrum avellum, ubi per annum integrum latuit, sed & reperit denuo rediit ad dominum suum. Servatur hodie apud sacellanum Lumijakiensem plur. reverendum ac doctiss. Dn. Isaacum Litbovi-um in Ostro-Botnia. Adde hinc qua a plur. rever. Viro Dn. Henrico Prochao, Ecclesia Fenonica in urbe metropolitana pastore dignissimo habeo, contigisse nimirum, in loco distante 8 millia-ria ab ostio fluvii Vloënsis, ut Cajanensi praefidi Tamelandro, decideret è digito aureus annulus, cum stans in scapha manus ablueret: postea quam autem ad milliare unum ad cataraclas ascendisset, captus ibi salmo fuit, in quo repertus annulus au-reus: quem possessori praefidi piscatores, cum inscriptas annulo nominis literas inaicasset, restituerunt. Conf. Diss. Dn. Dan. Bon-ge de salm. nar. & piscatione.

(e) Circa littora in mari, celo obscuro nocturno & autu-umnali tempore, instrumento quodam Liuster nominato, eosdem quoque evocant.

(d) Historiolam hic, vel potius fabulam, atroxam de Urinae ore quo-dam famoso & Mago Kiettil Runske aucto, qui seculo XIII. tem-pore regis MAGNI LADILAOS innotuit. Hic inter alia, regi descri-bens iter suum sub aquis Veteri lacus quatuor horarum, pluri-mum sese retardatum dicit, lubricarum mustelarum multitudine, qua illius in profundo gressus incertos faciebat. De mãnga Snokar, som lågo på sidborn moro besvärliga at gå lippå. Cf. Disp. Dn. Geringii de Piscibus.

(e) Caro dulcis & mollis, elixa cum aceto & raphano ma

quoque hamis extrahunt in primis percas majores. Hamiotæ *salmulos digitales, vel salmunculos (f)* panno, in fagenæ modum tracto, colligunt, ut hamos vestiant, ad percas prædictas piscandum. Est & ab urbe $\frac{1}{2}$ milliari distans pagus, Kello dictus, parocciæ Jjoënsi subjectus, harengarum minorum (*strømning*) hiemali captura quondam celebris, (quæ jam admodum exigua est), unde horum piscium quantum opus fuerit, desumpsit universa civitas (g). Capiuntur etiam in flumine torrenti Vloæ

tem-

rino sive rusticano, vel cum butyro frixa assumitur. Sed aere siccato & modico furni calore tostos præferunt, sic enim dissipatur odor virosus, non palato solum, sed naribus imprimis ingratus.

(f) Apud nos in fluviorum ripis multitudine innumerabili adparent, sole præcipue splendente; aura vero paulo frigidiore ingruente, in sunam sese recipiunt. ubi intestina salmonum dissecta in aquam nostri abjiciunt, hi de hereditate quasi pugnant, escam avidè rapientes. Vere ineunte adparent, cum salmones subeunt flumina; abeuntes ad mare comitantur; neque vel ante vel post hæc tempora in fluviis videntur. Nil per totam æstatem in amne proficiunt; illos igitur in aqua marina excrecere oportet. Hic est revera sætus salmonis, digito minor, constans iisdem partibus ac ipse salmo, linea per latera utrinque a branchiis caudam versus recta: maculas rotundas & pro eam parvo corpore magnas, nigricantes aut tientes habet: caro est albida, utpote tenera, imo sub prima origine plane viscosa. Vid. Disp. cit. de salm. nat.

(g) In hac glaciali piscatione, quam tota hieme parochiani Kelloënses, nec non Car. ðenses in mari peragunt, salmones quoque quamquam raro, captos vidimus.

tempore autumnali *Lampetra fluviatiles minores* (*Nettong* *ögon*), præsertim noctibus tenebrosis; hi quippe pisces obscurum amant cælum, & quo magis spissæ sunt tenebræ, eò facilius & majori copia captantur. Solis vero splendorem nitidumque cælum ac serenum maximè aversantur, tumque in latebris suis sese occultant (*b*). Hortos terra non habet, ideoque nec pyra, nec cerasa, sed horum defectum baccarum & leguminum multæ species compensant, utpote: *Mora vaticana*, seu *chamamorus Sævarum*, vel *rubus humilis palustris ex rubro flavescens* (*Jortron*). Solent autem hæ baccæ nonnunquam tanta copia ruri crescere, ut vix locus pedis vacuus ab illis inventiatur, totamque paludem purpureo earum colore ubique obtectam summa cum animi oculorumque jucunditate inspicere liceat: *Rubus idæus spinosus fructu rubro* (*Hallon*): *Vites*, *ribes silvestres*, fructu & majore, & nigro olente, Sveth. *röda och swarta winbår* (*i*): *Rubi humiles fragaria folio*, fructu rubro (*Lingon*): *Vitis idæa angulosa* (*Blåbår*): *Nigra bacca* (*Häggebår*): *Cerasus avium*

Röna

(*b*) Capiuntur expositis corbibus vimineis, inter sepes duas utrinque pratensas, nam ad ripas fluviorum hic piscis accedere amat. Viva autem lampetra in figulinis vasis non vitreatis, affusa aqua, & orbe perforato recta, diu durant. Candituram peracturi, affusa piscibus aqua fervida mucum & cuticulam linteo deterunt, post igne lento torrent. in vasculo ligneo puro, sparsa pipere, per sua strata pisces ordine ponuntur, interjecto item pipere & aromaticis caryophyllis. tum super affunditur acetum. rectique sic per annum ferme durant. Stockholmiæ non nisi condita, interdum quoque fumigata adferuntur.

(*i*) conf. Rudb. Atl. T. III. p. 506, 507.

(Rönbär): Et imprimis *juniperus vulgaris fulvicosa* (Enbär),
 quæ tantæ est virtutis (k), ut Persæ nostrates posse mo-
 ri mirentur, propter abundantiam hujus fructus. In pa-
 roeciis vibi nostræ adjacentibus, capiuntur quoque *Anseres*
feri cinerei Gesn. (grå villgids), *Vrogalli majores* Gesn.
 (Tiddrar), *Vrogalli minores* (orrar), *Galline corylorum* Gesn.
 (hierpar), *Lagopavi aves* Aldrov: (Snidripor), *Perdices* Gesn.
 (Raphöns), *Capella seu Vanelli* (Bipor), *Passeres* & reli-
 qua tam delicatis, quam medicis laudatissima avium ge-
 nera, quæ vel bombardæ, vel alio modo, utpote per
 laqueos ac transennas capere solent. Ex avibus cantu-
 tricibus præterea earumque suavissimo cantu, verno æsti-
 voque tempore incredibile hic capitur delectamentum;
 quales sunt *carduales*, *alaudæ*, *Domberrar*, *Brönsifkor*,
Bosfinckar, *Twintar*, *Rönaclor*, *Saletrastar* & innumeræ
 aliæ. Circa paludes & littora maris, sunt variæ anatum
 species: ut *Fulica* (Svärktor), *Mergi*, *Columbi arctici* (Lo-
 mar &c. quin & huc ex calidioribus terris Cygni trans-
 volant, item Grues, anseres silvestres, quorum innume-
 rabilis multitudo verno tempore illic adspicitur, æstate
 verò transacta, loca priora repetunt. Inter animantia e-
 minent quoque; heic *Vrsi*, perniciosum pecoribus animal (l),

Lu-

(k) Sparm. Sund. sp. 2. B. C. 6.

(l) *Vrsi* quomodo caprent *ruricola*, paucis exponam. *Vrsi*
 ea est natura, ut mense Octobri in cavernis terra & vallium
 quarere ac occupare latebras soleat, quibus per biemem cubare
 queat. Nostri hujus rei probè gnari, tum temporis, si nix fue-
 rit, accuratè vestigia illius observant, ut ex iis, ubi speluncam
 habeat, rite cognoscant. Postea bieme, quam nix profunda &
 cursus in ligneis soleis, (hanc artem optime callent nostri, &

Lupi, Lynces seu Lupi Cervarii Gesn (*Warglo*) *Vulpes cruce nigra insignes* (*Korskráfwar*), *Guiones seu Hyenae terrestres* (*Járswar seu Silfrasar*), *Castores & Martes* in Lapmar-
 chia præcipuè necantur: *Lutra* quoque, sed hæ oras mari-
 timas & fluvios rivulosq; amant. *Leporum* copia in silvis heic
 etiam degit. *Viverras* seu *Mustelas* quoque alit terra nostra,
 quæ domicilia sibi, partim in silvis sub arborum radicibus,
 partim in villis & desertis ab incolis domibus quærere so-
 lent. *Vulpecula* atq; *Sciuri* hisce in locis etiam versantur &c.
 Ex hisce animalibus vel ad victum vel ad amictum, & ex
 nonnullis ad utrumque, magnum habent incolæ commodū.
 Mulieres sibi conficiunt vestimenta ex lana & lino aliunde
 adquisito; lini quippe ferax non est terra nostra. Lin-
 tea texunt adeo tenuia, ut certe cum quibusdam ex Bel-
 gio adlatis æquiparari possint: sed hæ præstantiores fœ-
 minæ potissimum operantur, reliquæ ex plebejo ordine,
 a laboribus etiamsi durioribus, nunquam abhorrent.
 Verbo: nihil, quod sui officii esse putant, omittere vi-
 dentur.

§ II.

VRbes populosas ac opulentas *Commercia*, eorumque di-
 ligens studium reddunt. Hæ enim sunt, quæ urbi-
 um civiumque opes ac fortunas florere faciunt, erogan-
 dasque contributiones adlevant. Ante urbem conditam
 penin-

ita quiaem, ut in profunda nive silvestres rangiferos, & lupos
 velocitate eximios antevertant atque irruident) aptus fuerit,
 ex rubore, quem efficit anhelitus in nive supra speluncam, il-
 lum investigant, investigatum denique venabulo seu hasta ple-
 rumque interimunt. Cf. Diss. Acad. de urbe Torna.

peninsula vrbi ex aduerso ad occidentem, *Westholm* (a) nuncupata, incolis locus nundinarum erat; ubi cum in finem tabernæ aliquot, propter adventantes externos mercatores, exstructæ fuere, qui, vel mercibus suis cum regionis incolis permutandis, vel numerata pecunia vendendis emendisqve, æstivo tempore, non tantum è locis compluribus *Svethiæ*, verum etiam, ut urbis privilegia innuere videntur, ex urbibus mari *Baltico* adjacentibus, immo ipsa ex *Anglia* ac *Schotia* huc confluxere. Cives *Volenses* olim ad oras *Livonia* appulerunt, mercesqve suas, nimirum picem fluidam aliaqve ejusmodi mercimonia *Riga* & *Revalia*, immo & in *Svethia* *Arbogia* *Gevalia*q; mercatui exposuere, atqve sibi frumentum, cannabim, linum & tabacum per commutationem compararunt, ut ferum etiamnum viventium memoria testatur. Civitas hæc multum inde floruit & brevi pulcherrimè adcrevit. Quod autem commercia civium nostrorum hodierna concernit, sunt illa quidem multum labefactata, postquam vrbs nostra pristina sua privilegia, utpote jus commercia cum *Moschovitis* exercendi & ad singulas vrbes maris *Baltici* navigandi, amisit. Patiuntur quoqve aliarum civitatum, in parocciis vrbi nostræ singulari privilegio adjectis, communia cum ipsis ferè commercia. Potissimam vim commercia nostrorum è mari, inprimis captura salmo-

R

num

(a) Hæc, nomen a resina picea, quæ veni cogitur, sortita est, ubi telonium maritimum (*Sidstullen*) exstructum est, civesqve varia promtuaria & molam pneumaticam adificarunt, & ante paucos annos tota ferè ejusmodi est referta, in qua mares scilicet quoqve fruuntur.

num (b) in Kiemi & Jjå nanciscuntur. Has paroecias (), Vloenses æstivo tempore semel unoquoque anno, mensibus Junio, Julio & Augusto, minoribus suis navigiis visunt, ibique a rusticis salmones coëmunt, ubi & tabernas magno numero, ad mercaturæ usus, exstructas habent (d). Res, quæ ibi in commercium venire solent, sunt: salmones saliti & fumo siccati (e), lupi marini sole tosti & in fasciculos collecti, albulae diversæ (Sjål), truttæ (Laimen) &c. Capitur & heic aliud genus piscium, quod

Fore

(b) Salmio nostri fluvii Vloënsis, longe lateque sui famam spargit, adeo ut has de illo proferantur verba, veluti in communi proverbio Svecano:

Hjålmare Giådda, Siljans Laka, Ullå Lax,
 Öro bland bästa fiskar uti siggar tagg.

Videsis Diss. Acad. de Lacu Siljan.

(c) Tempore regis GUSTAVI I. libera in paroëcia Jjå exercebatur mercatura, nunc vero nulli præter Vloenses data est hæc venia.

(d) Hæc ad Kiemi nundinas, in litteris a Rege nostro elementissimo FRIEDERICO I. A:o 1734. a: 12. Decembr. datis, Vloënsibus permissum est, æstate proficisci, nullo certo tempore definito. Brabestadensibus vero prohibitum, ne in mercatura nostris sint impedimento.

(e) Fumigandos salmones, sale vel muria per nycthemerum macerant ruricole, tum in tuguriis altioribus, Ceta dicuntur, ita suspendunt per mensem integrum, ut fumo ex secamentis piscis sustentato nutritoque penetrentur. Fumigati salmones inter delicias quoque habentur, nec insalubres judicantur, quandoquidem in fumo Chymici sal docent inesse volatile conveniens humano corpori.

Hæc nomine venit; delicatus hic admodum est piscis, sed non in magna copia colligitur: ab utraque dorſi parte atris guttis recta linea distinctus est. Præterea cum incolis paroëciarum *Vloæ, Carib, Mubos, Sotcamo, Paldamo, vrbe Cajaneburgo* atque *Limingã* negotiationes exercent: quibus sal, cannabim, linum, tabacum, & res alias usibus eorum inservientes, frumentum quoque, annonæ caritate pressis, suppeditant; à quibus vicissim, butyrum, coria, pecora, sebum, picem, varii generis pelles, vrsorum videlicet, vulpium, sciurorum, mustellarum, castorum, martum, rangiferorumque è *Cusamet*, per fluvios *Kiemi & Ijã* transvectas, recipiunt. Nostram quoque urbem hiemali tempore, *Savolaxenses*, frumentum, præcipuè annis fertilibus vendituri, adeunt. Porro cum Moschovitis *Vloënses* etiam quondam mercaturam non spernendam habuere; qui quotannis suas apud eos exponebant merces, atque æquo pretio divendebant, scilicet: linamenta, cannabim, linum, coria cruda, lintea varia, idque genus alia. aromata olim, saccharum, ficos, uvas, zingiber, piper, aliasque diversi generis species huc quoque adtulere, jam verò a S:a R:a Majestate illis interdictum est, ejusmodi mercimoniorum genera *Vloam* transportare. Cuncta hæc, exceptis iis, quæ proprios in usus impendunt, terra marique multo labore coacervata, & navibus imposita, *Stockholmiam* tempore verno & autumnali, non sine magno vitæ periculo, transvehentes, diyendunt. Inde autem reduces, vinum varii generis, tabacum, sal, aliaque necessaria, ad subveniendum incolarum indigentia, reportant.

S. III.

HAud inconsultum fortè videbitur, si de commerciis civitatis

vitatis nostræ agens, etiam novi portus commoditatem paucis describam. Ab ipsa statim urbis nostræ fundatione, portus sat commodus erat, naves ovippè propè urbem, arcem ac insulam *Beckholmen* dictam, adpellere quivere; postea autem fluvius ob arborum magnæ molis, ramorum, lapidum cedentium particularumve telluris è littore separatarum delapsus, impatiens navigiorum redditus est; ex quo fiebat, ut dein apertum mare portus illis esset, ubi in navium, mercibus onerandarum, tutelam anchoris opus habuere firmissimis, quæ tamen non semper tempestatibus suffecerunt, unde plurima navigia in conspectu civium perdebantur: naves autem mercibus evacuatas, ad ædificia juxta littus exstructa alligabant. & ita res eorum nautica se habuit ad annum MDCCXXIV. Tum per admirandam DEI providentiam factum, ut, ostio fluminis per insolitum frigus obstructo, aquæ subito turgescerent, totamque ferè urbem, excepta parte orientali, ceu diluvium obrueret. Quam plurimæ incolarum domus, tabernæ frumentariæ (a) atque

(a) Est etiam a parte urbis boreali peninsula quædam *Plaan* *Pansaari*, ob multitudinem in ista tabernarum frumentariarum, sic nuncupata, usumque magnum civibus præstans, quippe quum ab incendiis tuta esse possint. hæc aquis quidem semper circumcingitur, æstate autem fervente elapsisque aquis, pedes, proficiendo ex uno lapide in alium, flumen ferè transire potest. temporibus vero vernis & autumnalibus, fluxio turgescente, aque sat magno strepitu heic prolabantur. Conspiciuntur quoque hic insule aliquot, ad littora maris constrata, quæ huic ora prospectum conciliant pulcherrimum, ubi tempore æstivo cives etiam pecora atque armenta sua latissimis traaunt pascuis. Vi-

que salinariz in *Sachtiperá* ad ripas existentes, aquis implebantur, atque incolæ per hiemis partem, vel ruri, vel etiam apud ceteros cives, quorum res salvæ erant, commorabantur. Vberiore de huius relationem humanissimus habet LECTOR ex protocollo ecclesiæ Vloënsis, ab admodum reverendo atque amplissimo Præposito & Pastore hodierno, Dn: Mag: ZACHARIA LITHOVIO consignato, cujus exemplum hic in notis subnecto (b). O-
fio

fitur quoque hic fons, ab urbe in continenti non longe distans, è terra emanans, perennemque aquam ac limpida præbens, qui undique exigua domo lignea cinctus est, & ob aquas medicinales ab incolis accantatus, Stockholmiz quoque approbatus; hic æstate semper supra modum frigidus, tempore tamen hiemali tepidus, gelu non constringitur.

(b) Sedan den Högfte 1724 hade med lånvarigt rean straffat hela England, men i synnerhet Norrbötn, och tisen i begynnelsen af Novembri hade lagt sig, så väl i äminnet neder i sårben, som i sön, blef äminnet den 18 Novembr och följande dagar af öttverlödig tise förja så gentåpt, at jämväl hela sårben den 22 ejusdem blef igen frujen, hvarpå de följande dagarne vatnet steg så högt, at det den 25 dito, som var Catharinå dag, sökte des utlopp genom Cåffen Niska tvart öfver åkrarne til Staden, och sedan genom staden til båcken. Hela Sidsgårdén låg under vatn, och de derpå stående Eröno bodar alt in til gällsvet. En tredjedel af staden måste söka deras undslöft til Cajana tullport, men hälft de, som i Sachtiperá bodade, jemte dem, som hade sine hus nordväst och nordost ifrån kyrkian; åtta Spanmädebodar blefvo tota iter på Platanjaars ruinerade, at man ej vet, hvar de tagit vägen; alla södbodar blefvo jämväl så förtärfvade, at staden stättas til några tusende riksdalers värde. De som på södra sidan af staden bodde, kunde i några dagar ej komma i kyrkian, emedan vatnet i båcken steg så högt, at det begynte redan tränga sig in igenom prästegårds porten på södra sidan, till des det änteligen den 26 sökte sig utlopp på norra sidan om staden.

stio fluvii, ut dictum, ita obstructo eaque urbis parte, quæ torrentem spectat, glaciei fragmentis oblecta, aquæ in alium detortæ sunt cursum, per rivulum Doppis lamsalmi dictum, $\frac{2}{3}$ mill. parte ab urbe remotum, quem rapidissimus aquarum fluxus ita amplificabat, ut jam sex orgiarum alveum habeat, cujus paulo ante angustia vix exiguam scapham & cymbam admittebat, atque hic portus tutissimus juxta ac commodissimus existit.

Est in secessu longo locus: insula portum

Efficit objectu laterum; quibus omnis ab alto

Frangitur, inque sinus scindit sese unda reatillos.

- - - hic fessas non vincula naves

Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu (c).

Adeoque vel hoc nomine, ceteris Ostro-Botniæ urbibus minime inferior est VLOA.

S. IV.

QVOD ad formam ædium Vloensium adinet, ea, olim simplex admodum fuit. Ab initio enim parvas plateas promiscue prominebant, in aptam futuri incendii materiem. Verum progressu temporis, & ante incendium atque hostiles in patriam insultus MDCCXIV die 27 Novembr: ædes privatorum non sine ornatu, qualem facultates eorum admittebant, ex ligno structæ erant, quamplurimæ duas habebant contignationes. Hodie autem

den genom Doppila sund, hvarigenom det hela vinteren emot wankige beten des utlopp hade.

Vlcå den 30 Januarii 1725.

ZACHARIAS LITHOVIVS,

(c) Virg. L. 1. Æneid. v. 163. seqq.

tem urbis nostræ ædificia ex eadem materia fabricata priorum elegantiam æquare videntur, quippe talia sunt, ut peregrinantes & hospites honoratiores (quibus nostri cibum & potum liberalissime suppeditant) decore satis excipere possint. Plateæ quoque & viæ publicæ satis sunt latæ; nec minima earum tam arcta, ut currus in illa vel maximus, provehi nequeat

§ V.

Properamus jam ad ea, quæ disciplinam, virtutes moresque incolarum concernunt, adumbranda. Vivunt autem concordēs (malos non moror); student paci, obediunt magistratui & ab illo emissis omnem honorem tribuunt, & sacerdotes quovis honore ac reverentia prosequuntur. Nec dubitamus adserere nostros honestate vitæ animique candore nemini esse secundos. Nec indigenas solum, verum etiam advenas & peregrinos quoscunque, omni modestiæ ac officiorum genere, ut postulat humanitas, excipiunt: quapropter non sine causa dixit *Wexionius*: *Bohnienses præ ceteris liberales, itemque ingeniosos esse (a); Hospitalitate insignes (b).* Qui VLOAM aliquando accesserunt, hoc mecum fatebuntur, adeoque laudatam in majoribus nostris hospitalitatem etiam hodie servant. Cetera, ut taceam, fortes atque strenuos se quoque præbuere, turbulento illo belli tempore, quo hostibus vicinis haud ita pridem premebatur dulcissima patria nostra. A vetustioribus hoc commemoratum, quum templum Limingoense, circa annum MDLXXXI, secundum a Ruthenis incenderetur, acce adeo certamen inter rusticum *Myllyri* nominatum, & *Molchovitas* confla.

(a) *Descr. Duc. L. IV. C. 6.* (b) *Annus, Brem.*

flatum fuisse, ut cruor Rufforum ab hoc viro cum suis vicinis masculè effusus, totum ferè annum frigore congelatum maculaverit; qua victoria impetrata, templum Muhos optimè servatum; domus vero in memoriam hujus viri *Nylhyris-talo* (*Nylhyris-gård*) etiamnum adpellatur. Haud itaque male dixit *Strabo* (c): *Quo magis ad septentrionem & oceanum pergunt homines, eo sunt bellicosiores.*

§ VI.

SA'uberrimum, purissimum ac saluti incolarum promovendæ maxime congruentem aëra nacta est **VLO-**A nostra; siquidem quanto ad Boream propius accedit terra quædam, tanto ab impuris exhalationibus liberior est. Frigus præterea intensissimum & venti æquilonares acius spirantes, aërem sic purgant, ut pestiferi ac contagiosi morbi, acuta febris & alia id genus mala, rarius huc penetrare possint. Arguit quoque gratum aëris temperamentum, indigenarum firma valetudo, ut medicos nec habeant, nec se indigere existiment. Accedit etiam nostrorum robustior natura, unde illa incolarum longævitas; quippe homines deprehendere licet, qui ad centum annos, immo ultra, ætatem producant. *Aestate* ob calorem temperaturæ, admodum grata & amœna est terra nostra (a). *Hieme* e contrario, absen-

(c) *Lib. IV. pag. 196.*

(a) *Incredibile est dictu, quanta sit voluptas, æstate scæphis ferri per fluvios nostros, qui prata floribus videntia, lucos arborum densitate opacos, ac valles gramine frondibusque vestitos permeant. Quam denique animorum oblectationem non asserunt ingentes cataractæ, qua magno impetu fluendi ad subjectas petras & syrias aquas præcipitant, ad quas pagi in-*

absentiam solis, luna & stellæ, ex immensa DEI bonitate, compensant. Quibus si addamus candidas nives, quibus campi, valles, agri, plateæque tunc obsitæ sunt, lucem adeò splendidam reddunt, ut non solum peregrinantibus die pariter ac nocte sufficiat, verum etiam ut media nocte in libris ferè legere possimus. Vehementiam vero frigoris ac tempestatum superant abundantia ligna, & ex ferarum multitudine pelles, unde vestimenta sibi incolæ conficiunt; quare summam Divini Numinis clementiam toto pectore veneramur, quæ suis in ultimo aqvilone populis adeo benè consuluit.

§. VII.

Sed antequam Dissertationis filum abrumpimus, breviter tristia urbis hujus fata recentebimus. Quemadmodum terrena quævis continuò circumvolvuntur vicissitudinum orbe; sic nostra quoque nunc prosperis, nunc iterum durioribus fatis est defuncta, quæ & calamitates adtulerunt acerbissimas, & tristem sæpe illi minata sunt ruinam. Primum observanda veniunt frequentia ista incendia, quæ subire coacta est. A'o MDCLII tempore autumnali, flamma longe atrocior, non contenta membris, partibusve, sed totum ferè corpus & intestina urbis corripuit hausitque;

C

poti-

veniuntur valde populosi, ut piscium multitudinem ibi capi solitam? Qui hæc omnia & imprimis lacem noctium astivarum, nihil ferè a diurna differentem debita lustraverit diligentia, ad campos Elysios vel insulas Fortunatas se translatum credere possit. Conf. Cl. Mag. Pet. Nic. Matthesii dissert. de Ostro-Bosnia.

potiorum videlicet civium ædes & ferè quidquid decoris habuit; templum duntaxat, curiam, scholam (a) & paucas quasdam domos, singularis DEI clementia, medias inter flammæ, intactas reliquit. Inde A:o sequenti, a tributis per sex ferè annos liberavit urbem clementia regia. Nec ita multo post, A:o nimirum MDCLIV, aliud incendium, ad dimidiam partem, urbem (b) nostram devoravit. Hæret etiamnum civium ferè omnium memoria annus MDCCV vrbi & civibus fatalis, dum horrenda duo inopinata incendia, omnem penè meridionalem vrbs partem, mensibus Junio & Septembri, miserrimè consumsere; Cives non solum ædibus magnaque bonorum parte spoliati, sed etiam promptuaria multorum in *Schichtiperå* conflagrarunt. Mola urbis a-

qua-

(a) In hacce schola nostra disputationes synodales etiam habitæ sunt, videlicet: A:o 1670 d. 15 Febr. A:o 1680 d. 1 Januarii, A:o 1691 d. 22 & 23, Januarii. A:o 1694 d. 12, 13, & 15, Januarii. A:o 1698 d. 14, 15 & 17 Januarii, A:o 1702 d. 4, 5, 6. Febr. A:o 1705. Post invasionem Ruthenicam, disputatione synodalis heic quoque ventilata est de Peccato originali, Præside Prap. & Past. Vloborgensium Mag. Zacharia Lithovio. Jam vero communi suffragio maxime venerandi Consistorii atque Cleri constitutum est, ut Synodi habeantur Carlebyæ (intellige veterem); quoniam urbs hæc in medio Ostro - Botnie sita est.

(b) Ab omnibus lateribus suis, est etiam vrbs nostra, valido repagno ligneo (staquet), propter vectigalis usum, circumseptæ. Officina armorum, vulgo factorie, prius in urbe nostra quoque comparebat, inde Söderhamniæ, circa annum 1638, est translata.

qvatica communis (c) bis quoque in fumos & favillas abiit, tertium autem circa irruptionem Ruthenicam, inundationem aquarum est passa. Proinde ne calamitas sola esset, A:o MDCCXIV die S. Andreae, Moschovita, hanc nostram, nullis defendentibus,

- - - *perit excidiis urbem miserisque Penates (d).*

Cum autem patria nostra demum benignissimi Numinis favore pace donaretur alma, tam misera urbis nostrae facies erat, ut fidem ferè superet. Incolis ac jumentis pecoribusve adeo evacuata fuit urbs ac regio nostra, ut abductorum numerum ad 143 recensere liceat. Taceo crebras illas bonorum jacturas, quas itinera periculosa (est namque mare Botnicum, in primis a latere orientali, quo Uloenses antea usi sunt inter navigandum, scopulis naufragiisque infame) Stockholmiam navigantibus saepe accelerarunt ac etiamnum accelerant; quibus etiam

(c) *Ad borealem urbis plagam est flumen multa riparum amœnitate inumbratum, & ob usum molarum non contemnendum, plurimas agit molas aquatiles pariter ac serras aquaticas (asserum officinas), inque his præcipua est mola urbis aquaria communis, quatuor rotas molares agitans, civium non exiguis sumptibus ante aliquot annos loco opportuno denuo exstructa; hæc pariter subacta magistratui urbico, non incolis solum, tempore quo venti quiescunt, nullum ex alatis usum habentibus, verum etiam rurali tractui, magna utilitatis: non procul hinc distant alteræ minores, quas mercatores urbici possident. hodie numerantur 4 serræ aquatica vel asserum officina, aquatica vero molendina cum molis alatis seu pneumaticis numeros 6 conficiunt.*

(d) *Virg. L. ll. Georg. p. m. 103.*

73
iam prohi dolor! vxores maritis, mariti uxoribus, pa-
rentes liberis, liberi parentibus per naufragia saepe or-
bantur. Nec leuior, in urbe nostra ac aliis regni par-
tibus, iactura hominum peste grassante, facta fuit; con-
stat enim A:o MDCCX ante inuasionem Moschoviti-
cam, multos vicos hoc malo fuisse exhaustos. A:o
MDCCXXX magna incendia silvarum per totam ferè
regionem grassata sunt, quo tempore apparatus ingens
arborum, ex quibus pix coquenda erat, consumebatur.
Annonæ caritati inundationibusve urbs nostra obno-
xia quoque fuit. Atque hæc sunt ea, quæ oculis Tuis,
Candide LECTOR, de patria mea dulcissima subjiciens
da esse existimavi. Tuum itaque erit, lucubraciones me-
as minus politas, nec ad omnium, quod ajunt, gustum,
sapidas, in meliorem interpretari partem. In sinu præ-
terea mihi gratularer, si levissima hæc operâ meâ aliis
occasionem subministrare potuerim celebrandi patriam
nostram, publicæque luci descriptiones ceterarum ejus
urbium committendi. De cetero, ex intimo mentis re-
cessu vovemus, velit SUMMUM NUMEN, clypeo mise-
ricordiæ suæ VRBEM nostram nunc & in posterum pro-
tegere, & lætam tectamque seruire,

Donec mansura est totius machina mundi!

SOLI DEO GLORIA!



Skuldig Fagnad

Uttrad/
Eå

Philosophiæ CANDIDATEN

Höglärde

Herr JOHAN SNELLMANN,

Berömlig Collega Primarius wid Trivial Scholan

i VLEÅ/ Sin andra Lärda DISSERTATION om

VLEÅ Stad/ pro GRADU MAGISTERII

i liuset framgaf.

NE GRADEN skrifwa om, med liflig färg utmåla,
Och dra' uhr mörckret thet i tidsens glömska gått :
Thet är af moget wett ett prof, en lysand stråla,
Och har från Hedenhös sin wårda heder fått.

Wi se hur' Maros wårde med fagnad låsit blifwer,
Homeri skalde konst behåller ån sin klang,
Eå han så jirligt, wål, of Trojæ Stad beskriswer,
Och i thes aska om thes pyrdnad härligt sang.

Når sligt är sant och wist, hwem må **NE** lof förtiga,
Herr CANDIDAT, som of wårt VLEÅ skildrat af,
Som giort, at minnet Thes uhr glömskans dy får stiga,
Som frjät VLEÅ pris från strandand' ömkligt qwaf.

Up! **SMERND**, glöm ett Them, som Dig til godo tala,
Som minnings-märcken Din i liuset draga fram,
Mins the är' ganska få, the fläste mödan spara,
Ja, hålla sådant för ett helt onödigt fram.

Up!

Up! VLA, war betänkt Sig städse tacksam wisa
Emot Din Ahros Told, Sig skynda war ett sen,
Sörgiät ett hwad för flit HAN offrat Sig at prisa,
Skrif in HANS WJME, NAMN, i Beder, berg
och sten.

Up! Pallas, Tu som plår Din wänner äntliga Kröna,
Kom snarlig dela ut Din dygde gåfwa skön,
Up! red Sig til HANS swett och arbet wärdigt löna
Med wanlig Heders Crantz af ächta Lager grön.

Ja, Himmel, hwilken dygd och ärbarhet behagar,
Hwad felas, brister här; Tu fyll med hymnigt mått,
I werlden gif När WJN förnögdä sälla dagar,
I äwigheten, hwad all Helgon redan nådt!

Alf Ches uprichtige wän
och tienare

GABRIEL Joh. HOLLST.
Öster-Botninge.



Pv. Maanties

